¶ Si autem non est manifestus hæreticus,imò asserit se Christianum & errorem confiteri recusat:& verè conuincitur de hæresi: quia idẽ est, ꝙ confessus in iure: vt.c.at si clerici.de iudi.tunc etiam condemnabitur de consilio doctorum,& egregiarum personarum illius loci:vt alle.c. ad abolendam.&.c.commissi.&.c.per hoc eo.ti.lib.vj.Item quærit dictus decanus in dicto loco.

¶ Si post condemnationem verè & nõ fictè,nec mortis timore,sed zelo,& feruore fidei talis hæreticus condemnatus conuertatur, tenet ꝙ licet de bonis stati debeat misericordiæ principis:de vita tamen erit securus:licet,incarceretur perpetuò,aut alio modo puniatur:vt in.c.vergentis.& in.c.ad abolendam.eo.ti.vbi hoc tenet Florianus. & archi.& Ioan. de anania.vt ipse decanus refert qui dicunt, ꝙ antequàm igni tradantur: potest pœnitere,& mortem euadere:vt in.c.excommunicamus in Christo:de hæreti.& glo.singularis in.c. excommunicamus:in secundo in fi. imo amplius dicunt,ꝙ si humiliter pœnitentiam recipiat & teneatur in carceribus perpetuis,inquisitores cum ordinarijs poterunt mutare, vel mitigare pœnam:vt in.c.vt commissi.§.illorum.eo.ti.

¶ Sed si non conuertitur:tunc si est presbyter religiosus aut clericus totius ordinis ecclesiastici prerogatiua nudatur,& omni officio,& beneficio,& relinquitur arbitrio secularis potestatis animaduersione debita puniendus:vt allega.c.ad abolendam.§.pręsenti.& tunc episcopus suus cõuocatis abbatibus alijsq; religiosis personis & literatis sue diœce.dictum fratrem clericum presbyterum degradare poterit. Et post degradationem curię seculari tradere,aut perpetuò immutare faciet.vt.c.j.de hæreti.lib.vj.Bona autem clerici applicabuntur suæ ecclesiæ: vt.c. excommunicatus:in prin.eo.titu.

¶ Si verò fuerit laicus ad idem,si cõfitetur errorẽ & hæresim & nõ vt errorẽ: sed vt veritatẽ in ptinacia defendit,& tenet errorẽ:vt hæreticus declarabitur:& talis condemnabitur:& tradet curiæ seculari: vt.c. ad abolendã,& in alijs iuribus suprà alleg. quia cùm comburatur non indiget sepultu

sepultura,nec sibi aut pulueribus ecclesiastica sepultura est danda:vt in c.sicut.eo.tit.&c.ij.eo.tit.lib.vj.vbi nõ solũ hæretici;sed fautores,credentes:& receptatores priuantur ecclesiastica sepultura.Et si sint traditi exhumabuntur&c.vt dictus decanus vbi supra.

¶ Item nota ꝙ his quæ suprà dicta sunt non obstat.c.pe.e.tit.libr.vj.vbi videtur prouisum ꝙ hæreticus etiã reconciliatus traditur carceribus perpetuò: quia

los descreydos, que creen que el anima sse muere cõ el cuerpo,& q̃ del biẽ & del mal que ome faze en este mũdo nõ aura gualardon,nin pena en el otro.E los que

tex.ibi expressè loquitur in pertinace cõuicto aut notorio hæretico seu iam cõdemnato.Et illa decre.facit multũ pro istis qui incontinenti redeunt,vt nõ incarcerentur perpetuò,nec alia simili pœna damnẽtur.nec etiam obstat si sit apostata perfidiæ: quia si conuertatur & confiteatur sine pertinacia errorem,admittendus est:quia eadem pœna vt alij hæretici punitur:vt alle.c.contra Christianos.Nam ait Inno.in.c.j.de aposta. in prin.ꝙ apostata perfidiæ punitur & restituitur vt hæreticus.nã omnes siue in vno substantiali siue in multis à fide Christi recedant hæretici dicuntur.facit tex.in.c.accusat⁹.§.cũ vero.e.ti.lib.vj.Nã qui in vno offendit,fact⁹est omniũ reus:vt.c.quadragesimã.de cõse.di.v.sedcui dubiũ:nõ diuiditur ab ecclesia Dei & Christi fide qui negat Christum nõ esse filiũ Dei,& Deũ verũ:& ꝙ in sacramẽto altaris nõ sit verè Christ⁹ sicut qui totam legem negat:ita ꝙ.l.iij.§.quoniã.C.de apostatis.& opinio Accursij ibi posita non valet,nec valere potest ad hoc ꝙ ecclesia hæreticos venientes sponte:vt tex.ibi ait.& incontinenti confiteãtur & adiurare velint errores suos debeant pœna capitali puniri quũ ipsa.l.& multa iura canonica & ciuilia contrarium sentiant: vt text.notabilis in alleg.c.qui sincera.xlv.distin.

¶ Si tamen sincera intentione nõ mouetur vt permeniacus,debet puniri vt hæretici pertinaces:& sic intelliguntur iura contraria.

¶ Concludit ergo decanus alijs multis rationibus:ꝙ siue hæreticus,siue apostata perfidiæ sponte confitetur errores suos,& eos abiurare vult sine amissione vitæ & bonorum admittendus est.Nã bene aduertẽti lex hi qui sanctam.§.quoniã.C.eo.titu.rectè & secundum sacrorum canonum sententias iudicat.Nam litera ibi ait:lapsis enim & errantibus subuenitur.f.si conuertuntur.Nam aliud sentire hæreticũ est.Et dicitur in litera:perditis verè hoc sacramentum baptismi profanantibus nullo remedio pœnitentiæ, quæ solet alijs criminibus ad esse succurruntur: quod sanè intelligendum est,scilicet perditis.i.pertinacibus & obstinatis & nunquã redeuntibus vt iura naturalia diuina & canonica disponũt: aliàs prædicta.l.seu cauda legis non valet stare,& ab hæresi excusari nõ posset cũ hæretico conuerso & errorẽ abiuranti pœnitẽtia etiãsin maximo crimine abnegari non potest:vt alleg.c.ego Berengarius:& in præallega.iuri,hæc decanus vbi supra.

¶ Practica tamen si ipsi infamati & suspecti de dicto crimine nõ cognoscunt errores suos,imò expressè negant affirmãdo in nullos errores incidisse secundũ eorũ infamiã & suspectionẽ: & secũdũ aliquos testes tã pro infamia quã pro suspitione receperũt: inquisitores inuestigare debent qua infamia laborant,& quos errores credunt tenere:& à quo tẽpore,& si perseuerant & sunt obstinati in errores suos.Sed si confitentur & deuote pœnitent gemendo seu lachrymando, procedere tunc possunt simpliciter:& de plano denunciãdo dictis accusatis:& tradendo articulos suorũ errorũ & corã notario monere vt dicãt si illos tenent aut non:ad quos conuicẽdum & errores probandũ veniẽt testes:& iurabunt prout moris est dicere veritatẽ secundũ formã.c.licet.&.c.quoties:de testi.& veritati comparata:tunc inquisitores iudicent rectè:vt dictum est secundũ cõniecturas & qualitates personarũ.& sincere procedant:aut ad torturã,aut ad purgationẽ indicendum.Nam etiã per vehementem præsumptionẽ in casu hæresis quis non condẽnatur ad mortẽ vt.c.literas:de præsumpt.nam quando index facit iudicium de re dubia propter leues coniecturas,tale iudiciũ suspiciosum seu temerariũ vocatr. vt inquit beatus Tho.ij.ij.q.lx.arti.iij.& in.c.graue.xj.q.iij.Nã in crimine hæresis debẽt clarę esse probationes:ideò vt dicunt doct.requiruntur ad minus tres testes:quia de maiori præiudicio agitur quã in alio delicto quia non solũ ipse punitur,sed etiam eius posteritas perpetuò notatur infamia: vt suprà dictum est.Tenentur potestates seculares obedire & exequi sententias ecclesiasticorum iudicũ latas contra hæreticos, in quo casu intra ecclesiam obtinent potestatẽ per quã disciplinam ecclesiasticam muniant:vt ꝙ non præualent sacerdotes exequi per sermonẽ: potestates hoc imperent per disciplinæ terrorẽ.Sæpe per regnum terrenũ cæleste regnum proficit &c.vt.c.principes.xxiij.q.iiij.

¶ Quæstio.vij.

¶ Lapsi.) De lapsis autẽ quæ est alia species hæreticorũ.scilicet de male credentibus seu de his qui culpa vel negligẽtia parentũ hæreticorũ secuti sont eorum ritus,mores seu obseruãtias:nec à parentibus fuerũt in fide catholica informati: & potius ignorãtia quã malicia sequendo parentum errores non cognouerunt viam domini: nec ante baptismũ cathecumini licet sit contra tales procedendũ ad hoc,vt cogantur dimittere errores suos:& nisi dimittant puniantur: non tamen statim quũ reperiuntur ad ritũ Iudæorũ transisse poterit cõtra eos tanquã cõtra relapsos prosequi:vt tenẽt Archi.in.c.cõtra Christianos.eo.tit.lib.vj. Et hoc si sunt parati corrigi & intelligere rationẽ:vt in.c.hæc est fides.xxiiij.q.j.in.c.dicit apostolus.eadem causa.&.q.iij.vbi inquit,ꝙ si sententiã suam quãuis falsam ac peruersam nulla pertinaci animositate defendunt:præsertim quã non audacia suæ præsumptionis pepererit:sed à seductis atq; in errorem lapsis parentibus acceperũt.& corrigi sunt parati: nequaquã inter hæreticos sunt reputandi.h.d.ille tex.notabilis.

¶ Non enim tenentur ad habendã fidem explicitã articulorũ,sed sufficit habere implicitã:intantum ꝙ sicut refert Inn.in alleg.c.j.de sum.tri. ni.in fi.qui dicit:Dicunt quidam ꝙ si aliquis habet fidem.f.quia credit quicquid credit ecclesia: sed falsò opinatur ratione naturali: motus ꝙ pater maior sit vel prior filio,vel ꝙ tres personæ sunt tres res à se inuicẽ distantes:ꝙ talis non est hæreticus:nec peccat dũmodò hunc errorẽ suũ non defendat:& hoc ipsum credit:quia credit ecclesiã sic credere,& suã opinionẽ fidei ecclesię supponit:qa licet sic malè opinet:nõ tamẽ est illa fides sua:imò fides sua est fides ecclesiæ:vt eo.tit.c.damnamus.

¶ Et ideo dictio tanquã in.c.Christianos apposita:licet similitudinẽ videatur denotare nõ tamẽ est veritatis expressiua:notatur in.c.prout: de dolo & contumacia.notat Abb.in.c.solite.de maio.& obed.& in.c.ex parte:de sponsa.Denotat ergo dicta dictio diminutionẽ & improprietatem & non disponit secundũ aliquos:vt notatur in.c.fi.§.in alijs:vt lite non contest.Et ideo alleg.c.contra Christianos: vt sanè intelligatur,loquitur de apostatis & de his qui nõ cognouerũt veritatẽ:nec parati sunt corrigi: sed consecuti sunt parentum errores quadam simplicitate & ignorantia nunquã fuerũt in fide informati vt ita dixerim: nec redierũt nec trãsierunt,sed semper in erroribus parentũ perstiterunt:& nunc cõtriti & humiliati volunt corrigi & informari.

¶ Et licet sit contra eos benignè procedendũ ad pœnitentiã:non tamẽ tanquã cõtra hæreticos:quia nec fuerũt cathecumini nec ante baptismũ instructi in symbolo apostolorũ: vt in.c.ante baptismum cũ sequentibus.de consecra.distin.iiij.nam per.xiij dies ad minus baptizandus debet abstinere vt in fide instruatur: & catholicæ ecclesiæ limen introeat antequã baptizetur:vt in.c.neq; ꝙ absit.de cõsecra.dist.iiij.Ideòq; culpãdus seu negligentia notandus est sacerdos, qui nõ instructos in catholica fide indifferenter ad dictum recipit.

¶ Nam tunc valere incipit ad salutẽ baptismi:quũ illa fictio quã primo habebat baptizandus veraci cõfessione recesserit,quæ corde malicia,vel sacrilegio perseuerante peccatorũ ablutionẽ non sinebat:vt in.c.tũc valere.de consecra.dist.iiij.Ideo si tales puro corde reuertantur per professionem veræ fidei:vniuersalis ecclesiæ visceribus sunt vniti:vt in.c.ad antiqua:eadem distin.&.c.cùm renunciatur iuncto.c.apud.xxxij.qõ.j. aliàs enim omni homini qui non tenet vnitatem ecclesiæ, nec baptismus nec eleemosyna quantuncunq; copiosa valet quo ad saluationem: quia per baptismũ nõ omnino vetus infirmitas consumitur:sed renouatio incipit apud remissionem omniũ peccatorum & intelligentiã operationum spiritualium:cætera verò in spe sunt, donec fiant in re.Nã in baptismo quãuis fiat tenax remissio peccatorum:tamen nondum est nouitas & perfecta mutatio:quia adhuc remanet corruptio non solũ in opere,sed etiã in animo:vt in.c.nõ ex quo:de cõsecra.dist.iiij.& sic quũ adultus iamiam in fide informatus accedit ad baptismum cum charitate: non est iam in eo peccatum:vt legitur de Centurione.xxvj.dis.deinde. & de consecra.dist.iiij.non dubito.Si autem accedat sine charitate:nullũ peccatũ ei dimittitur:de consecra.distin.iiij.ostenditur.not.glo.in.c.qui episcopus.xxiij.dist.baptismus enim non tollit præsumptionẽ contra nouiter conuersum:si tamen posteà ipsius studiũ & fides probabilis sit: tollitur præsumptio:sic de consecra.dist.iiij.tũc valere.xxiiij.q.j.cũ per bellicam.nã quandoq; sequens præsumptio tollit præcedentem.ff.de in integr.resti.l.diuus.Et per sequens factũ eliditur præcedens præsumptio.lvij.distinctio.c.j.

¶ Questio.viij.

¶ Subiungitur quæstio circa istã materiã,scilicet Christianus qui olim redijt seu trãsiuit ad ritus iudaicos,& remansit in errore fortè per decẽnium:posteà autem informatus grauiter errasse:gratia Dei resurrexit à lapsu:& confessus fuit proprio sacerdoti:& cum contritione & dolore animi pœnituit de peccato & sic reuersus catholicè vixit omnib⁹ dieb⁹ vitæ suæ annuatim cõfitẽdo.ecclesiastica sacramẽta recipiẽdo:diuina audiendo:laudabiliter vt ver⁹ Christianus viuẽdo:an iste de necessitate teneatur posteà inquisitoribus hæreticæ prauitatis hæresim quã abhorruit:& de qua pœnitẽtiã egit iterũ pandere & cõfiteri:& aliqui dicũt,ꝙ nõ teneatur.nã propheta inquit.Si impius fecerit pœnitẽtiã ab omnib⁹ peccatis suis quæ operatus est:& custodierit omniã pcepta mea:& fecerit iudiciũ & iustitiã,vita viuet,& nõ morietr: & omniũ iniquitatũ eius quas operatus est nõ recordabor &c.de pœni.dis.iij.c.dicens.Dimissa enim peccata in vltionẽ vlterius redire nõ patit diuina clemẽtia:eadem

esto creen sson peores que bestias: & de los ereges de qualquier manera que ssean viene muy grande daño dellos a la tierra. Ca sse trabajan ssiempre de corromper las voluntades de los omes, & de las poner en error.

ar. §. idem Gelasius. Præterea licet talis Christianus hęreticus olim fuisset tenebra, nūc autē est lux in domino: & licet prius fuit filius diaboli: & recedēdo à iustitia fuit filius perditionis: cū tamē piè & fideliter posteà vixit, & nūc reperit viuere, verè est filius Dei & iustus: & æterna beatitudine dignus: de pœni. di. j. §. vnde apostolus. nā secundū iustitiā peccata remittunt cū recto corde pœnitētia celebrat: de pœni. dist. iiij. §. itē si iustitia. Prętereà talis Christianus reuersus gratia Dei resurrexit à lapsu. c. ponderet: circa fi. l. dist. & incipit esse qđ nunquā fuit: vt. c. ferrū. e. di. nā cū renunciatur improbitati: statim nascitur virtus. Egressus enim maliciæ virtutis operatur ingressum. Eodē quoq; studio quo crimen excluditur, innocentia copulatur: vt. c. cū renūciatur. xxiij. q. j. Et etiā est tex. de hoc expressus in. c. apud ea. causa. & q. Nam apud misericordē iudicem nec ille fallax habetur, qui ad veritatē reuertit etiā postquā mentitur: quia omnipotēs Deus qui libenter pœnitentiam nostrā suscipit: ipse suo iudicio hoc quod errauimus abscondit.

¶ Ex quo sequitur, ꝙ quū Deus per pœnitētiā errorē pœnitētis celat eius minister nō debet illū manifestare: quū talis error per pœnitentiā abscōditus & dimissus iterū non redit: vt suprà dictū est. occulta enim peccata non sunt manifesta correctione puniēda: vt. c. j. de pœni, à cōtrario sensu. Occultū enim peccatū sufficit confiteri occultè: publicū verò publicè est confitendū: vt. c. quē pœnitet. & c. nō ita: de pœnitētia dist. j. & c. si peccauerit. ij. q. j. & c. de crimine. xv. q. v. hoc firmat Host. de pœni. & remissi. §. an peccata semel confessa. Et est tex. de hoc vltra iura suprà allega. in. §. ex his: de pœni. dist. j. Et licet obligatio semel extincta in perpetuū nō reuiuiscit: de pœni. dist. vij. c. si qs. & ff. de solu. l. qui res. §. areā. & alleg. c. non ita: de pœni. dist. j. tutius imò necessariū est: tum ad maiorē gratiam & remissionem obtinendā: tum propter immanitatē criminis: quia ad episcopū pertinet absolutio & dispēsatio cū hæretico conuerso: vt. c. præsbyteros. l. dist. & c. ad abolendā in fi. de hæreticis: ꝙ iterum inquisitori cōfiteatur deuotè: & ꝙ crimen hæresis ei detegat, & pœnitētiam faciat per supradicta: licet mitius debet agi cum eo. Nam si pœnitens postquā confessus est proprio sacerdoti crimen hæresis: non potuit habere episcopū à quo viuens fuerat absoluendus, licet per solā cōtritionem & per signa confessionē fuit quo ad Deū absolutus: vt ibi, & fecit quantū potuit: hoc sufficit quo ad Deū: vt est tex. in. c. quē pœnitet de pœni. di. j. Post mortē tamen taliter moriens facta fide episcopo de signis: cōtritione & confessione per eū quò ad ecclesiam militantē absoluitur. i. absolutus declaratur: vt alleg. c. à nobis. Et creditur ꝙ sufficit vt episcopo fiat fides per sacerdotē cui pœnitēs fuit cōfessus & ipsi' iussu: & ꝙ sibi credatur quū agatur de causa fauorabili & pia & sine iuris præiudicio alieni. & sic videtur ꝙ de peccato hæresis debet iterum ei qui viuus absoluere poterat pœnitentem confiteri: vt eum post mortē absoluat, idest vt absolutus declaretur: vt notatur per Innocen. & alios docto. in allega. c. à nobis. ij. de senten. excom. Et hoc salua correctione sanctæ matris ecclesiæ.

¶ Quæstio. ix.

¶ Sed quid si post peccatū confessum à vero Christiano tantū tempus effluxit à tēpore commissi erroris, ꝙ nūc caret peccati memoria per obliuionem, an excusationem habeat legitimā iterum nō cōfitendi: etiam si ad hoc teneretur? Et quidā dicūt, ꝙ licet ignorātia quæ ex culpa est noceat: vt. §. omne quod aliter fit. xxvij. q. j. Si tamē tēpore quo aliquos ritus Iudæorū exercuit erat puer: & nunc reperitur senex: & sic trāsierūt fortè. xxx. vel quadraginta anni, quibus catholicè vixit: videtur ꝙ habeat iustam causam excusationis propter obliuionē: quū præsumatur obliuio à tanto præterito tēpore: quia tempus inducit obliuionem: vt. l. si finita. §. non autem. ff. de dam. infect. facit qđ notatur in. l. licet. C. de acqui. posses. & in tali casu peccatū occultū de quo non habetur memoria nō debet nocere: quia rem quæ culpa caret in damnū vocari non conuenit. c. ij. de consti. nouissima enim hominis tēpora cōsideranda sunt & credenda: vt. l. mella. §. sed si alimenta. ff. de auro, & argen. lega. caueat tamē peccator, ne sua ignorantia sit crassa quæ eū non excusat: maximè si est diffamatus apud bonos & graues: vt suprà satis liquet. sed quia sub calore obliuionis seu ignorantiæ plures se excusarent: hoc relinquitur arbitrio & conscientiæ inquisitorū: consideratis his quæ notantur suprà prima partita titu. iij. l. j. Nam de tanto crimine nō præsumitur ignorantia per iura suprà allegata.

¶ Quæstio. x.

¶ Sed quid si aliquis denunciat nō diffamatū? Tunc inquisitores debent attendere ad personā denunciantis: & si sit grauis satis erit ad inquirendū de infamia illius, & non incontinēti de crimine ex quo nō præcessit infamia: vt. c. licet. & c. cùm oporteat. & c. qualiter. de accu. Sed si denūciās sit leuis vel inimic', aut talis de quo nō præsumit zelo iustitiæ, sed typo maliciæ denunciare: tunc nihil inquirendū est: vt in locis prællegatis.

¶ Quæstio. xj.

¶ Tamen quid si aliquis in corde, & animo est hæreticus, quia licet sit Christianus baptismo: aliter sentit de baptismo, aut articulis fidei quàm romana ecclesia: & sic est verè hæreticus, & occultus seu secretus: sed nullus scit, & iste vadit ad inquisitorem, & confitetur secretè, & occultè errorem suum quod abiurat coram dicto inquisitore confessore: an debet admitti in secreto, & reconciliari, & reincorporari sine publica pœna? Et respondetur quòd reincorporatur & iniūgitur sibi pœnitentia in secreto: vt. sunt iura singularia in. c. ex tuæ. & in c. Matthęus: de simo. & in. c. ex tenore. & c. fin. de tempo. ordi. & in. c. si peccauerit. ij. q. j. & in. c. qui iam. v. q. j. & in. c. de his. l. dist. & in. c. Christiana. xxxij. q. v. vbi iurium conditores in graui, & grauissimo delicto singulariter prouiderunt, quòd nunquàm pro delicto crimine seu peccato occulto imponatur pœnitentia nisi secreta & occulta: quia latentia peccata non habent vindictam: vt in allleg. c. Christiana. Secretorum autem cognitor Deus iudex est: vt. c. erubescant. xxxij. di. & in. c. consuluisti. ij. q. iiij. & ait Aug. in alleg. c. si peccauerit. & facit text. de pœni. di. j. c. multiplex. nec his obstat. c. quot. j. q. vij. & c. ego Berengarius: de conse. di. ij. vbi scriptum est: quòd illi abiurarunt errorem in publico: quia vt glo. ait cum tex. quia dictus Berengarius in publico prædicauit errorem quem credebat & tenebat: ideo erat necesse: vt in publico abiuraret errorē suū: vt si aliquos scandalizauit prædicando per publicam abiurationem scandalū cingatur: vt ecclesia quod prius doluerat de aduerso atque peruerso: posteà gaudeat de reuerso atq; conuerso: vt in fi. c. Berengarius. Sed si in secreto quis celauit errorem suum: satis, & vtilius est in secreto errorē abiurare, & pœnitere, & ecclesiæ reincorporari: iniuncta sibi salutari, & congrua pœnitentia. Nam quę committuntur in Deum sine pœnitētia remitti non possunt. facit tex. in. c. si is. xxiij. q. iiij. & in. c. neminē: de pœnitentia di. j. Nam non sufficit mores in melius commutare: & à præteritis malis discedere: nisi etiam de his quæ facta sunt satisfaciat domino per pœnitentiæ dolorem: per humilitatis gemitum: per continui cordis sacrificium: cooperantibus ieiunijs & eleemosynis. doctrina est Aug. in. c. nō sufficit de pœnitentia dist. Sed si quis dicatur occultus hæreticus: glo. in. c. manifesta. ij. q. j. dicit: quòd occultum est quod quinq, sciunt. alleg. tex. in. l. hæc secreta: de pœni. di. j. & est arg. in cle. j. §. porrò de hæreti. & Io. an. in nouella in. c. in fidei fauorem. de hæreti. lib. vj. concludit ergo decà. ꝙ si aliquis est hæreticus occultus, licet fama aut suspicio generalis sit in parrochia non autē de isto in particulari est suspicio: quòd in secreto punietur, & admittetur, & reconciliabitur.

¶ Quæstio. xij.

¶ Verùm quid si aliquis de diffamatis in inquisitione generali fuit vocatus ab inquisitoribus, & quæritur ab eo quid sentiat de fide: & ipse incōtinenti respondet in secreto: quòd verum est, ꝙ aliàs non sentiebat fideliter de aliquo articulo, aut totaliter nihil credebat: sed gratia Dei inspiratus, & per suum ordinarium, vel aliam religiosam personā bene instructus, & informatus errorem suum cognouit: & in manibus dicti ordinarij abiurauit hæresim: & ordinarius imposita ei pœnitentia salutari: à censuris absoluit, & ecclesię incorporauit: an amplius potest, & debet puniri? Et respondet dictus decanus, ꝙ si verum sit vt ipse dicit, & ordinarius asserit verum esse quòd ille sibi in confessione sua hæresim, & errorem confessus fuit. nam ex licentia pœnitentis ordinarius potuit reuelare peccatum, & delictum quod recepit in confessione vt. c. Matthęus: de simo. & in. c. significasti: de adulte. & ipse ordinarius asserit eum à censuris absoluisse, & ecclesiæ per pœnitentiam salutarem quam eidem imposuit reincorporauit: quod potuit: vt. c. per hoc: & c. ad abolendam. §. præsenti de hæreti.

¶ Nam etiā iudicialiter ipse solus in vtroq, foro absoluere posset: gl. est in clem. j. de hæreti. quam sequitur Paulus, & card. & tex. in. c. inquisitionis. §. prohibemus: de hæreti. lib. vj. ita ꝙ iste talis amplius nō debet corrigi, nec ob. §. qđ autē. nec. c. placuit. ij. q. vj. vbi litera ait, ꝙ nō creditur episcopo si asserit Petrum propriū crimen sibi fuisse confessum: quia loquitur ad odium Petri: vt ipse Petrus puniatur, & non per contrarium, quū non sit eadem ratio maximè in casu de quo agitur. nec obstat theorica Abb. & Ant. & aliorum doct. in. c. de his. de accu. nec. c. felicis: de pe. §. per hoc. nec. l. & an eadem. ff. de excep. rei iud. & alia iura dicētia ꝙ punitus non in foro pœnitentiali potest, & debet puniri in foro cōtentioso: cùm non habeat locum in casu isto: cùm pœna iudicis secularis circa hæreticos non imponitur nec imponi potest, donec sit hæreticus declaratus, aut pronunciatus per ecclesiā: vt. c. vergētis: de hæreticis. & c. super eo. & c. cùm secundum. eo. tit. lib. vj. vbi nec circa bona, nec circa personā secularis nullam habet iurisdictionem, donec sit per ecclesiā pronunciatū. Ergo quū in isto cessat declaratio seu condemnatio, imò fuit absolutus, & ecclesiæ per pœnitentiam reincorporatus: vt docto. dicūt in. c. firmissime: de hæreti. ꝙ per pœnitentiam reincorporatur ecclesię: cessat ꝙ nec secularis in persona, nec bonis aliquam iurisdictionem censeatur habere: nec

renec alius iudex nec inquisitor ecclesiastic⁹ quū in vtroque foro nullā tantū iurisdictionē ad eum absoluendū habeat sicut suus episcopus seu ordinarius secundum.d.decanum vbi suprà.

¶ Ley.II. *Quien puede acusar a los ereges, & ante quien, & que pena mereçen despues que les fuere prouada la eregia: & quien puede eredar los bienes dellos.*



Os ereges ª pueden sser acusados de cada vno del pueblo delante de los obispos o de los vicarios q̄ tienen ssus logares: & ellos deuē los esaminar en los articulos & en los sacramētos de la fe: & ssi fallarē q̄ yerran en ellos: o en alguna cosa de los otros q̄ la Eglesia romana tiene, & deue creer & guardar, estōçe deuē pugnar de los cōuertir & de los ssacar de aq̄l yerro por buenas razones & mansas palabras: si sse quisieren tornar a la fe & creer la despues que fueren reconçiliados deuen los perdonar. E ssi por auentura non sse quisieren quitar de ssu profia, deuen los judgar por ereges, & dar los, a los juezes ssegIares: & ellos deuen les dar pena en esta manera: q̄ ssi fuere el erege predicador, a que dizen consolador, deuen lo quemar en fuego: de manera que muera. E essa misma pena deuē auer los descreydos: q̄ diximos de ssuso en la ley ante desta: q̄ non creyen auer gualardon nin pena

¶ Vbi etiam notanter dicit, ꝙ inquisitores & alij officiales, & personæ quæ in inquisitione debent adesse cū vera charitate & animo recto: vt litera inquit in.c. cauendum.xj.q.iij.in confirmandis hominib⁹, in inquirendis reb⁹ emendatione dignis in prædicatione verbi Dei: in lucris animarū potius quàm in spoliandis hominibus, & scandalizandis fratribus operam dent: & totaliter hæresis lepram tollere, vt debēt ex officio tenentur: intendant. quærunt ab infamatis suspectis de hæresi quare errores quos tenent non cognoscunt: quum certum sit conuinci poterunt: & quo ad vtrunq; ignē condēnationē non euadent si confiteri recusant. & si errorem dicere & eis exponere volunt, ꝙ habebāt tales informationes de cognitione fidei & veritate nostri saluatoris. Si autē inspirati gratia Dei errores suos confitentur, & emendationem eorum recipere verè & non simulatè fatētur: debent admitti sine amissione vitæ & perditione bonorum: vt in.d.c.ad abolendam. & in cle.si.eo.titu.& in.c.vt officium.§.si verò.eo.titu.libro.vj.cùm adhuc propriè: licet ab hæresi tanquàm hæreticus excusari non valet: tamen ex quo pertinaciter errorem suum non tenet: aut defendit: hæreticus vocari non debet: vt in cle.j.§.porrò: de summa trinitate. & in.c.dixit apostolus.& in.c.quia in ecclesia.xxiij.qō.iiij.& in.c.statutum.ij.eod.titu.libro.vj.

¶ Quæstio.xiij.

¶ Sed dubitat̄ cùm isti nō debeāt puniri pœna capitali, nec cōfiscationis omniū bonorum: qua ergo pœna debeāt puniri? Et decanus vbi suprà dicit, ꝙ ante omnia isti adiurabunt publicè & palā errorē suū: nā in quo deliquerūt puniantur: quia si errores sentire & tenere nō habebant pro malo: nec pro malo habebūt, sed pro salute publicè abiurare: si vere conuertuntur: & errorē confiteantur in manibus episcopi & in præsentia inquisitorū si haberi possunt secundū formā.c.ego Berengarius: de consecra.dist.ij.& c.quoties.j.q.vij. Et si errorē abiurare recuset, non præsumitur vere redire: & tanquā hæreticus est condēnandus: vt in.c.ad abolendam.§.laicus.& c.excommunicamus.§.si quis verò.eo.tit.

¶ Quæstio.xiiij.

¶ Quærit idem dominus decanus: quid si filius est seductus à parētibus & in errore nutritus an puniat̄ vt hæreticus? Et dicit ꝙ leuiori pœna quā cæteri venit puniendus. nā nisi gratia Dei & maxima inspiratione spiritus sancti dotatus fuisset vt Abraā qui Thare patris eius, & eius idola dimisit: difficiliter filius qui nutritur cū patre & errorē à patre cui credidit accepit & faciliter eius errorē sequitur: sine dubio minus puniēdus est: vt est casus in alleg.c.dixit apostolus.xxiij.q.iiij.& in.c.plerique: de cōsecra.dist.iiij. Et est tex.singularis in materia: in.c.scismatici.xxiij.q.vj.§.si per terribiles. quū rigor iuris tēperetur: quandoq; ratione ætatis qualitatis: vt in.c.pueris: de sen.excom.& in.c.tāta.lxxxj.dist.& c.tanta.j.q.vij. & tales sunt cū maxima charitate instruendi. Nā dominator virtutis cū tranquillitate iudicat. sapien.xij. Et postquā errorē confitentur & ecclesiæ reincorporantur: melius est iudices in eos puniendos misericordia vtantur, quā pœna excessiua, theorica est cardinalis in materia in cle.j. de hæreti.§.verum: & facit tex.in.c.alligant.xxvj.q.vij. vbi Ioan.Chrysostomus increpat imponentes grauia & importabilia.

De testibus.

¶ Quæstio.xv.

¶ Repelluntur testes, cū eorum dicta quando nō zelo iustitiæ sed malignitatis fomite ꝓcedūt: vt si cōstat esse cōspiratores & inimicitias capitales habere seu habuisse: vt.c.p tuas: de simo.in.§.nos verò.& in.c.repellātur.& in.c.cū oporteat: de accus.& in authē.de testi.§.si vero odio.colla.vij. aut si testis est leuis opinionis: de quo est ꝑsumptio ꝙ faciliter falsa deponat: vt.c.in fidei fauorē.& in.l.j.& in.c.veniēs: de testi.& in.c.in primis: in fi.ij.q.j. Et si admittitur: non creditur ei sine tortura: vt alleg.c.in primis: in fi.iiij.q.iij.§.si autem ea. maxime si tendit ad pecuniam quam recipit, aut expectat ex suo testimonio habere: vt alleg.c.j.& c.quoties: de testi.& c.licet: & de proba.& c.nō sane.xiiij.q.v. Aliæ autē exceptiones legitimæ possunt opponi cōtra testes, seu cōtra eorū dicta post quā deposuerūt, scilicet ꝙ falsum dixerūt: vt.c.ex tenore: de testibus: aut ꝙ sunt singulares: vt in.c.in genesi.& in.c.bonæ: in primo.de elect.& c.cū dilecti.de accusa.& c.literas: de testi.cogē. Itē ꝙ sunt cōtrarij obscuri: vt in.c.accusatus in.§.licet: hæreti.libr.vj.& in.c.cū I.& A.de re iudi.& in.c.per tuas: de simo.iij.q.ix.purè.xxiij.q.vij.c.ꝙ autem. Nam licet admittatur indistinctè accusator: non tamen testis: quum ad dictum accusatoris non proceditur ad sentētiā, sed ad inueniendam veritatem. nam non est statim cēsendus re⁹ cum accusatur: vt.c.in.c.licet in beato Petro.& in.c.cum oporteat: de accusa.& in.c.à nobis: qui ma.accu.po.& C.de accusa.l.j. sed p testes proceditur ad cōdēnationē: & quia maius periculum vertitur &c.vt.c.vbi magis: de elec.lib.vj.& de hoc sanctè prouisum est in.c.vt officium.§.verum cùm in testibus quasi consistat totum negocium: vt cum ordinario inquisitore & notario in examinatione testium assistant duæ religiosæ personæ quæ videant examinationē testium, & omnia alia quæ circa ipsos testes sunt aduertenda, & debent de singulis circunstantijs prudenter inquirere.s. de causis, personis: loco: tempore: auditu: visu: scientia: & credulitate & fama & quo spiritu ducuntur: & qualiter deponant si variāt, & tunc iudices cōprehendent, & colligent ex testibus & eorum dictis, quæ fides eis sit adhibenda: & an sufficiant ad probandū delictum seu ad condemnationem faciendam: vel ad torturam: vel an si testes torqueri vel puniri debeant, si iudices viderint expedire sicut in alio crimine.ff.de quæst.l. ex minore.§.tormenta.& in.l.si quis alicui.C.ad.l.Iul.maie. nam iudex ecclesiasticus potest clericum aut laicum suspectum de hæresi in accusatione vel testimonio calūniantem punire per flagella: vt.c.j.de calū.& c.in archiepiscopatu de rapto.& c.contra idolorum.xxvj.q.v.& ponere ad torturam citra sanguinis effusionem: vt est textus singularis in.c.illi qui in fide catholica.v.qō.v.& ibi glo.singularis &c. De testibus vide.s.iij.partida titulo.xvij.l.fin.& titu.eod.xvj.l.xxvj. vbi hæc ponenda erant.

¶ Ley.II.

a ¶ *Los erejes.*) Accusare pōt hæreticū quilibet de populo corā episcopo loci vel eius vicario. Et si hæreticus pœniteat, parcet ei episcopus. Si verò est pertinax iudicabit eū hæreticū, & tradet iudici seculari vt eum puniat. & si fuerit prædicator flammis exuritur. idem de credente animā cum corpore mori. idem de hæretico opera prædicatoris exequente: vt suprà.l.proxima. Si autem credit sed non exequitur, perpetuò exulet, aut in carcere, donec pœniteat, ponatur. & bona in hæresi decedentiū, aut de hæresi dānatorū applicant filijs vel descendētibus: quibus deficiētibus Regi. & si hæreticus est cleric⁹, pōt ecclesia bona intra annū petere: & si neglexerit, habebit Regis camera. sed si nō credit, sed ad hæreticorū vadit doctrinā legentiū: soluet Regis cameræ decē libras auri. Et si non habet vnde, dentur ei publicè.l.flagella.h.d.

¶ Nota ergo ꝙ eo ꝙ hoc crimē hæresis est inductū in offensam Dei est publicū capitale: de quo insti.de publi.iudi.§.j. Item nota hîc de multiplici pœna hæreticorum. De iure autē canonico cū apostatæ sunt, qui omnino Christi fidē dimiserunt: vt dixi suprà.e.tit.l.j.§.apostata: & qui sanctū baptisma hæretica superstitione prophanauerunt morte turpissima sunt plectendi. Nā debita pœna taliū est ignis concrematio: quod probatur ex verbis domini dicētis Ioānis.xv. Si quis in me non manserit mittetur foras sicut & arescet, & colligent eum & in ignē mittent, & ardebit. Et lex humana in hanc pœnā concordat. dicit enim tales vltimo supplicio puniendos. C.e.ti.l.Arriani.& ff.de pœnis.l.capitaliū. Et hanc pœnam generalis consuetudo interpretatur secundū quā hæretici igni traduntur. ad hoc.c.firmissime eo.tit.& latiùs per Hēricū, Ant.& Abb. in.c.ad abolendam eo.titu.

¶ Tales ergo prædicatores id est apostatæ perfidiæ licet pœnitentiam agētes & recipiantur ab ecclesia: tamen nō euitant mortē: vt dixi suprà.l.proxima. Item & istorū taliū bona publicantur, & ad fiscū deuoluuntur: vt.c.vergentis eo.titu.& c.cū secundū.eo.tit.lib.vj.

¶ Et ad hoc nota, ꝙ licet regulare est, ꝙ pro peccatis parētū paruuli nō teneantur: ex quo p sacramētū regenerationis ab originali peccato fue-

runt emundati. Vnde per Ezechiam dominus inquit. Anima quæ peccauerit &c. & iustitia iusti & iniquitas impij super eum erit. Quæcunq; ergo peccata peccatores cōmiserint: ex quo filius separatus est ab eis. nō imputantur ad pœnā. §. his ita. xxxij. q. iij. Pœna tamē tēporali quandoq; vnus pro alio punit: vt. §. j. eadē causa. & q. & c. si qs cū militib⁹. vij. q. j. de cōsecta. dist. j. in sancta. Hoc tamen fit ad terrorem viuentiū: vt c. si habes. eadem causa. & q.

¶ Et ideo licet per aliquos dubitabatur, an filij orthodoxi hæreticorum perdūt hæreditatem parentum: aliqui dicunt ꝙ nō: vt est expressum in l. manichęos. §. sed nec filios. & authen. de Nestorianis. C. de hære ti, quæ iura tenēt ꝙ bona patrum hæreticorum deuoluuntur ad filios catholicos. Nam iudæi baptizati si posteà præuaricantes in Christo qualibet pœna damnati extiterint, à rebus eorū fideles filios excludi nō oportet: quia scriptum est: Filius nō portabit &c. j. q. iiij. c. Iudæi. filijs nāq; qui innitūtur nequitiæ parentū, nocet parentū iniquitas nō filijs catholicis, qui ab eo qui genuit alteri sunt effecti: vt. c. iam itaq;. j. q. iiij. cū. c. sequenti. de filijs autē dānatorum vt puniantur, intelligendum est de illis qui paternæ heresis imitatores fiunt. Verū si morū honestas eos cōmendabiles fecerit: non puniuntur imò cōmendantur: vt. c. j. lvj. dist. cum alijs sequentibus: signāter. c. dominus noster. ꝙ autē filij catholici succedant in bonis parentū hæreticorū: est hodie textus in hac lege: cōtrarij tamen sunt textus expressi in. c. vergentis. e. tit. & c. excommunicamus. §. credentes. & c. ij. iuncto. c. cùm secundum eo. titu. lib. vj. quibus expressè cauetur, ꝙ bona hæreticorum confiscantur ipso iure. Et intelligunt doct. ea confiscata à tēpore commissi delicti, sicut in crimine læsæ maiestatis. & hoc casu iura canonica præualent legibus in terris, duntaxat quæ subsunt Papæ: in alijs autem terris imperij præualent leges, maximè tamen æquitas præferēda est iuri scripto per iura vulgaria. Alij distinguūt, ꝙ si hæreticus mortuus est ante accusationē & probationē delicti filij succedūt: sed si posteà sunt bona confiscata nō succedūt filij de rigore: de misericordia tamē deuoluuntur ad heredes catholicos, & hoc tenēt Azo, Gofredus, & in summis suis. e. tit. non obstat authen. gazarus. C. eo. titu. vbi filij hæreticorum ad successionē venire non possunt: quum longè grauius sit Deum & ecclesiam quā temporalē offendere meiestatem. vnde Hieronymus contra Vigilātium. Meam iniuriam pati tuli: impietatē contra Deum ferre nō potui &c. Leges enim sunt correctę per istam legē partitæ, quæ est posterior: & loquitur de æquitate: cū qua concordat quædam glo. notabilis. xxiij. qō. vij. in summa.

¶ Notant tamē doc. in alleg. c. vergentis. Et dominicus in alleg. c. statutum. ij. §. nec sane. eo. titu. libr. vj. ꝙ non dicuntur hæretici: qui licet antè fuerunt vt hæretici: ante mortē tamen redierūt ad fidē, etiam si non perfecerunt pœnitētiā eis iniunctam: quum per eos nō steterit adimplere. l. dist. c. ferrum. non ergo extenditur pœna ad filios reuersorum: quia illi non dicuntur hæretici ex quo mystico corpori ecclesiæ patres eorum sunt reintegrati: vt alle. §. nec sane.

¶ Est ergo conclusio Ioan. an. & dominici: ibi: ꝙ filij non teneantur illa pœna: quia hæreticus reuersus ad fidem, non debet dici hæreticus, vt inquit text. expressus in alleg. c. dicit apostolus. xxiiij. qō. fina. Nam licet reputetur hæreticus taliter reuersus quantum ad hoc vt sibi nō parcatur in vita temporali: vt. c. super eo. eo. tit. lib. vj. Non tamen debet reputari hæreticus, quo ad alios effectus. Vnde tex. in. d. c. ad abolendum. §. illos: dicit ꝙ relapsi traduntur curiæ seculari: nec determinat ꝙ aliæ pœnæ quæ imponuntur ratione hæresis habeant locū in illo casu. Ex quo igitur ius antiquum disponit, ꝙ rediens ad fidem non iudicetur hæreticus: & ius nouum determinat, ꝙ relapsus etiam rediens tradatur curiæ seculari. intelligitur expressè de pœna, de qua loquitur vt si ius antiquū remaneat in totum quo ad alios effectus. Semper enim ius antiquum in suis termininis remanet: nisi corrigatur expresse: vt in authen. de non alie. aut per. re. eccle. §. si. col. ij. quod enim non mutatur quare stare prohibetur. C. de testa. sancimus: de appella. præcipimus: notatur in. c. ad nostrum: de regula.

en el otro ssieglo. E ssi non fuere predicador, mas creyente q̃ vaya, & este con los q̃ fiziessen el ssacrifiçio a la ssazon q̃ lo fiziessen, & que oya cotidianamēte la predicaçion dellos, mandamos que muera por ello essa misma muerte, porque sse da a entender que es erege acabado, pues que cree el ssacrifiçio, en la manera, & en la creēçia dellos. E ssi fuere creynte en la creençia dellos: mas non lo metiere en obra, yendo sse al ssacrifiçio dellos, mandamos que ssea echado de nuestro Señorio para ssiempre: o metido en carçel, fasta q̃ sse arrepienta, & se torne a la fe. Otrossi dezimos que los bienes de los que sson condenados por ereges, o que mueren conoçidamente en la creençia de la eregia, deuen sser de ssus fijos o de ssus deçendientes. E ssi los non ouieren, mādamos que ssean de los mas propinços parientes catholicos dellos: & ssi tales parientes non ouieren, dezimos que ssi fueren sseglares los ereges, el Rey deue eredar todos sus bienes: & ssi fueren clerigos puede la Eglesia demandar & auer fasta vn año despues que fuerō muertos lo ssuyo dellos. E dēde en adelāte lo deue auer la camara del Rey: ssi la Eglesia fuere negligēte en lo nō demādar en aquel tyempo. E ssi por auentura nō fuere creyente, nin fuere al ssacrifiçio dellos, assi como ssobredicho es, mas fuere oyr doctrina dellos: mandamos q̃ peche diez libras de oro a la camara del Rey: & ssi non ouiere de que pechar, dende en adelāte dē le çincuēta açotes publicamēte.

¶ Et quod suprà dictum est, concludit dominicus in alleg. c. statutum. quod videtur concordare cum ista lege: & potest esse horum ratio: quia ex quo talibus etiam relapsis conceditur eucharistia, iam sunt de corpore Christi. j. q. j. extra catholicam. & c. inter catholicam. item quia benignior interpretatio debet fieri pro filijs catholicis, vt non puniantur pro crimine alieno: vt. C. de natu. lib. e. l. lege: & hoc voluit ista l. parti.

¶ Ideo iudex in sententijs ferēdis, vel pœnis iniungendis contra hereticos redeuntes ad fidem, non debet eos pronūciare hæreticos, vel credētes: quia nō sunt tales. xxiiij. q. fin. c. hæc est fides. nec pronunciabit eos hæreticos fuisse, quia modus iste non est aptus in iure, sed dicet sic: quia te inuenimus per tuā cōfessionem, vel per probationes legitimas hæreticos adorasse, vel ad iudaicos ritus transisse, vel redijsse: nunc autem sanioris vsus consilio vis (prout asseris) ad vnitatem ecclesiæ corde puro, & fide non ficta redire: ideo te in primis abiurata omni hæretica prauitate iuxta formam ecclesiæ ab excommunicationis vinculis quibus tenebaris astrictus absoluimus, si tamen ad eam ex corde redieris, & iniuncta tibi mandata seruaueris: & quia in Deum, & sanctam ecclesiam temerè modis prædictis deliquisti, ad perpetuam continuam pœnitentiam in perpetuum carcerem detrudimus ibi perpetuò remanere: vt hoc notabiliter per archi. in alleg. c. vt commissi. §. necnon.

¶ Quicquid tamen dicatur: inquisitores nostri temporis bene pronunciant eum fuisse hereticum: nec oportet quid obstare possit: vt ibi Io. an. & dominicus. licet Hen. in alle. c. vergentis: tenet quòd heretici relapsi qui pœnitentes, & conuersi sacramenta ecclesiæ percipiunt, non reincorporantur ecclesiæ, sed sine audientia per secularem iudicem puniuntur: vt al le. c. ad abolēdam. ex eo quòd decretalis super eo: prouidet saluti animę, & non corporis: quare talis non dicitur propriè reincorporatus ecclesię, dicta tamen opinio Io. an. & Hen. & dominici inquantum tangit ad bona hæretici videtur æquior & cōtinet æquitatem, pietatem, & misericordiam: vt patet per eundem. c. super eo: ibi dum dicitur. si non humiliter petant sacramenta ecclesiæ &c.

¶ Ad hoc facit, quòd tunc dicuntur hæretici reincorporati ecclesiæ: vt refert dominicus in all. c. accusatus. q. §. si vero. quādo per inqsitores absoluti & ad gremium ecclesię per debitam absolutionem reducti admittuntur. ex quo ipse concludit, ꝙ hæres eius admittitur ad successionem bonorū patris: vt in auc. e. vt cum de app. cog. §. generaliter. ver. si vero. coll. ix. & hoc videt fieri de sola misericordia: vt alle. c. vergentis: nā sicut dicimus de æquitate, quæ est præferēda rigori: vt. l. placuit. C. de iudi. & c. licet: de rerum permu. li. vj. sic & misericordia præfertur seueritati, vt plenè examinat archidi. xxiij. q. vij. in fama. & idem vult dicere Ant. de butrio in alle. c. vergentis. si autem attenditur rigor, & tunc filij ecclesiæ catholici perdunt bona. sed ista lex etiam de rigore disponit in fauorem filiorum. concordat foro legum lib. j. ti. v. l. antepeñ. cum hac determinatione concordat quod no. Io. de Imo. in cle. pastoralis. §. cęterū. in. de re iud. ibi dū dicit principē non posse tollere iura naturalia, & consequēter nec defensionē quę illo iure est inducta: & q̃ etiā diabolo cōcedēda est de exc. cūm inter.

¶ Ex quo dicit Gui. quòd portio iure naturali debita filijs, si aliàs penitus egeant non est eis propter delictū patris, etiam grauissimum auferenda: de testam. Reynucius. vnde dicit, ꝙ si filij audita cōdemnatione patris suam partē naturalem furtiuè vi vel dolo asportent, non tenentur in fine anni saltim restituere principi: quia iure sibi retinent: ergo iustè de verb. sig. c. ius dictum. sed hoc non placet genze. ꝙ portio debita iure naturali non sit auferenda: quia per contractum, & æs alienum paternum illa tolluntur. ff. de inoff. testam. l. papinianus. §. quoniam. & quia ipsa de iure ciuili debentur iuxta notata per Dynum in regula indultum &c.

¶ Est tamen notandum, ꝙ decanus in suo tractatu penultim. q. videtur concordare cum hac lege dicendo: mihi videtur saluo meliori iudicio, ꝙ posset distingui: vt suprà, quòd aut hæreticus deprehenditur, aut conuincitur de relapsu: quia tunc quo ad ecclesiam militantem reputatur verus hæreticus, non immeritò si filij, vt filij hæretici in his damnentur: sed si relapsus venit spontè, & cessat præsumptio, & ratio præsumptionis, & reincor

reincorporatur, & vt christianus moritur: talis ab ecclesia merito reputatur: & filij istorum nec priuantur obtentis nec inhabilitantur ab obtinendis. hæc decanus salua semper determinatione sanctæ matris ecclesiæ.

¶ Ley. III. Como los fijos que non sson catholicos nõ pueden eredar con los otros en los bienes de ssu padre que fuesse erege.



POr erege [a] sseyendo algund ome judgado, ssi este a tal ouiesse fijos que ssean ereges: & otros que finquen en la fe catolica & que la guarden estos que fincaron en la nuestra fe: mandamos que ayan todos los bienes de ssu padre, & non ssean tenudos de dar a los otros parte de ninguna cosa dellos. Pero ssi despues desso conoçiendo los otros ssu yerro se conuertiessen & se tornassen a la fe catholica: tenudos sson sus ermanos de dar cada vno dellos ssu parte de ssus bienes de ssu padre: mas de los frutos o de los esquilmos que ouiessen estos ermanos catolicos auidos de tales bienes, en el tyempo que los otros eran ereges, non les deuen dar cuenta de ninguna cosa ssi non quisieren.

¶ Ley. IIII. Como el que es dado por erege non puede auer dignidad nin officio publico: mas deue perder el que ante tenie.



DIgnidad [b] nin officio publico non deue auer el que fuere judgado por erege. E porende nõ puede sser papa, nin cardenal, nin patriarca, nin arçobispo, nin obispo: nin puede auer ningunas de las onrras & dignidades que perteneçen a Santa eglesia. Otrosi diziemos que el que a tal fuesse non puede sser Emperador, nin Rey, nin Conde, nin Duque: nin deue auer nĩgund ofiçio, nin logar onrrado de aquellos que perteneçen a Señorio sseglar. E avn dezimos que ssi fuere prouado contra alguno que es erege, que deue perder porende la dignidad que ante auie: & de mas es defendido por las leyes antiguas que nõ puedan fazer testamento. Fuertas ende ssi quisieren dexar ssus bienes a ssus fijos catolicos. Otrossi dezimos que non le puede sser dexada manda en testamento de otro, nin sser estableçido por eredero de otro ome. E avn dezimos que non deue valer ssu testamento, nin donaçion, nin vendida que le fuesse fecha, nin la quel fiziesse a otro de lo ssuyo, del dia quel fuesse judgado por erege en adelante.

¶ Ley. V. Que pena mereçen los que encubren los ereges.



ENcubren [c] algunos omes & reçiben en ssus casas ereges que andan por la tyerra a furto, predicando & reboluiẽdo los coraçones de las gentes, & poniendo las

¶ Ley. III.

a ¶ Por erege.) In bonis parentis pro hæretico condemnato succedunt filij catholici, nec in eis faciũt partem alijs fratribus hæreticis: sed si post eã filij hæretici cõuertantur ad fidẽ habebunt suã partem de bonis parentis: de fructib⁹ tamen perceptis nullam partẽ habebunt posteriores. hoc dicit. Cõcor. ista. l. cum su. pra. eo. lib. vj. partita. titulo. vij. l. v. ij. quæ incipit herege & cum iuribus ibi alle. & nota quòd ista lex. & illa: loquuntur de patre heretico. ¶ Quid autẽ de infideli Iudæo vel Sarraceno, qui habet filios infideles: & vnus eorũ fit catholicus: an iste catholicus habebit omnia bona parentis infidelis mortui exclusis alijs infidelib⁹ fratribus? Et videtur quòd sic: vt in hac. l. iuncta. l. herege. Contrarium tamen est verum. nam cùm coniugium inter infideles sit verum licet non ratum: vt ca. quãto. & .c. gaudemus: de diuo. & filij sunt legitimi: vt ibi: omnes tàm fideles quàm infideles filij habent hæreditatis consortium, & veniunt æqualiter ad hæreditatem parentis infidelis mortui, vt est expressum e. vij. partita. ti. xxiiij. de los iudios. lib. vj. quæ incipit: fuerça. Ista autem. l. & illa. vj. parti. herege loquuntur in alio casu. s. quando parentes moriantur hæretici, & habent filios catholicos & alios infideles: quia in tali casu veniunt catholici exclusis infidelibus: & idem intelligo, si pater infidelis conuertitur ad fidem, & habet filios fideles & infideles: si pater moriatur fideles filij catholici veniunt ad eiusdem hæreditatem exclusis infidelibus: & hoc patet per. c. deinde. xxvj. distinc. quod est ad hoc singularis tex.

¶ Item iuxta ea quæ dicta sunt suprà. l. proxima, & in hac lege est notandum, quòd sicut contra hæreticum proceditur in hæresi post mortem in eius odiũ, ita possunt procedere hæredes pro eorum interesse, & pro purganda innocentia defuncti & petere quod ad sententiam procedatur super ignorantia. casus est singularis in. l. filio. §. seya. ff. de ali. le. vt refert Ioãnes de platea. C. de iure fisci. l. fin.

¶ Ley. IIII.

